



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dominicas Per Annum

Höger, Franz

Ingolstadij, 1726


VD18 90197089

Dominica XIII. post Pentecost.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53055)

ex Sacrificijs, quando illud offerunt a-
pud Altare. Id.

Opera Mi- THESIS XVIII. *Misericordia mo-*
sericordia. tus Luc. 10. v. 33. Alia sunt Mi-
sericordiæ opera. I. Quæ debemus ex-
hibere *Domesticis*. II. Alia, quæ præ-
stare debemus *Extraneis*. III. Alia,
quæ impendere debemus *Nostri Inimicis*. *Dictio Apostolic.*



DOMINICA XIII. post PENTECOST.

Gratitu-
do.

THESIS I. *Regressus est, cum magna*
voce magnificans Deum. Luc. 17.
v. 15. Quævis creatura muto silentio
homini vociferatur: I. *Accipe Benefi-*
cium. II. *Redde Gratitude officium.*
III. *Fuge Ingratitude vitium.* *Via-*
vien.

Ingratitu-
do.

THESIS II. *Non est inventus, qui*
rediret, & daret gloriam Deo. Luc. 17.
v. 18. Quatuor causæ sunt, ob quæ
Beneficia parvi pendantur. I. *Eorum-*
dem

dem beneficiorum iterata Collatio. II. Abundantia beneficiorum. III. Communicatio cum alijs. IV. Et exigua horum Consideratio.

THESIS III. *Non est inventus, qui rediret.* Luc. 17. v. 18. I. Qui beneficijs non respondet, in numero Ingratorum est. II. Qui beneficia non estimat, in numero Iniquorum est. III. Qui beneficia non agnoscit, in numero Incurabilium est. IV. Qui beneficijs acceptis peior etiam fit, in numero Leopardorum est. *Vide Lect. Brev. in festo S. Ignat. M.*

THESIS IV. *Qui rediret, & daret gloriam Deo.* Luc. 17. v. 18. Beneficia Negativa Dei, & quàm pauci agnoscunt, & se Deo gratos sistunt! Tribus siquidem modis (inquit S. Bernardus serm. 3. de fragmentis septem panum) à peccato me memini conservatum I. *Occasionis Subtractione*; multa enim in peccata facile cecidissem, si data esset occasio; sed, Dei miseratione, non me talis opportunitas apprehendit. II. *Resistendi data virtute*: in multa quoque peccata paulò minùs cecidissem, graviter impulsus violentia tentationis, sed

Beneficia
Negativa
Dei.



virtutem dedit Dominus Rex Virtutum, ut sub me esset appetitus meus, & ei, quam sentiebam, concupiscentiæ minimè consentirem. III. *Affectionis Sanitate*: Sed à quibusdam tam longe me fecit Miseratio tua Domine, ut penitus abominarer ea, & ne ulla quidem eorum me tentatio molestaret. S. Bern. loc. cit.

Confessio. THESIS V. *Ostendite vos Sacrosanctis.* Luc. 17. v. 14. Confessio quinque stupendas operatur mutationes. I. Mutat Peccatorem in penitentem. II. Mutat Peccatum in virtutem. III. Mutat Deum iratum in benignum. IV. Mutat Cælum clausum in apertum. V. Mutat Infernum in coelum. Thom. Reina Dom. 3. *Quadrages.*

Ingratus. THESIS VI. *Novem ubi sunt.* Luc. 17. v. 17. Ingratis beneficia tolluntur, & alijs conceduntur. *Paciuchelli in Jonam. tom. I. lect. 3. fol. 55.*

THESIS VII. *Non est inventus qui rediret.* Luc. 17. v. 18. Ecce triplicem gradum Ingratitudinis: I. Oblivisci, II. Reddere mala, III. Bene

beneficii uti contra Benefactorem. *Gros-
set. in Diario Sanctor. 14. Octob.*

THESIS VIII. *Ostendite vos Sa- Confessio.*
cerdotibus. Luc. 17. v. 14. Effectus.
Confessionis continentur hoc versicu-
lo: *Abluit, absolvit, sanat, corroborat,*
ornat: I. Abluit culpam. II. Absol-
vit à pœna æterna. III. Sanat animæ
vulnera. IV. Corroborat eam per
auxilia Gratiæ. V. Ornat habitu vir-
tutum infusarum. Ludov. de Ponte. part.
1. Med. 32.

THESIS IX. *Qui rediret, & daret Gloria*
gloriam Deo. Luc. 17. v. 18. Lau- Dei.
date & glorificare Deum; etiam crea-
turarum locò, quæ non cognoscunt
Deum: imò supplere defectum I. Ho-
minum, qui non amant Deum. II. Pec-
catorum, qui eum inhonorant. III.
Damnatorum, qui eum blasphemant.
IV. Demonum, qui maledicunt. Cras-
set. Confid. Sabbath. post Dom. 13. Pent.

THESIS X. *Non est inventus, qui Ingratus.*
rediret. Luc. 17. v. 18. I. Ingratus
est, qui beneficium accepisse se Negat.
II. Ingratus, qui Dissimulat. III. In-
gratus, qui non Reddit. IV. Ingratifi-
ca

simus omnium, qui beneficium Oblitus est. *Senec. lib. 3. de Benef. c. 1.*

THESIS XI. *Non est inventus, qui rediret. Luc. 17 v. 18.* I. Aliqui ex ingratis omnino Cæci sunt, qui neque Beneficium, neque Benefactorem agnoscunt. II. Alij eorum *Crudeles* sunt, qui mortem Benefactoris vel procurant, vel optant. III. Quidam ex iis *Impij* sunt, qui Beneficijs, quibus eos Deus cumulat, contra Deum utuntur, & in arma vertant. *Diction. Apostolic.*

Confessio. THESIS XII. *Ostendite vos Sacerdotibus.* De ijs, qui peccata Sacerdotibus occultant. *Vide superius Dom. 3. Quadrages. Thesi 2.*

THESIS XIII. *Ostendite vos Sacerdotibus.* Luc. 17. v. 14. I. Pœnitens debet se accusare *absque excusatione* malitiæ suæ. II. Debet se accusare *absque accusatione* proximi sui. III. Debet se accusare *absque deceptione* Judicis sui.

THESIS XIV. *Ostendite vos Sacerdotibus.* Luc. 17. v. 14. *Confessio est necessaria* I. Peccatori *Infirmo*, ut

sanetur. II. Peccatori Immundo, ut mundetur. III. Peccatori Reo, ut iustificetur. La Selve Dom. 3. Quadrag.

THESIS XV. Ostendite vos Sacer- Sacerdos. dotibus. Luc. 17. v. 14. I. Debe- mus Sacerdotes venerari plus quàm tere- nos Reges, plus quàm Angelos, tan- quam Deos. II. Sacerdotum verbis ob- temperare, cùm loquuntur, ut Pastores; cùm loquuntur, ut Concionatores, cùm loquuntur, ut Iudices. III. Sacerdotum peccata tegere: hoc docuit Deus in Ve- teri Testamento, hoc docuit Christus in Novo, hoc docuit Constantinus in Ecclesiæ principio. La Selve ser. 3. post Dom. 2. Quadrag.

✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿
DOMINIC. XIV.
post PENTECOST.

THESIS I. Quantò magis vos modicæ Providen-
tiae. Matth. 6. v. 30. Dei Pro-
videntia conciliatur I. cum hominis
libertate. II. Impij prosperitate.
O 4 III.

Obli-
us, qui
Aliqui
qui ne-
ctorem
vadeles
el pro-
lam ex
quibus
urum-
Apo-
vos Sa-
Sacer-
Dom.
Sacer-
vicens
tatione
tare
III.
ptione
Sacer-
fessio
ur
sa-